



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Stanislaus Hosius n. 16

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

AB EODEM LOTHARINGO, *Illud disertè asserente, Se ipsi Societatis Præposito (talís tunc erat Lainius) in amanda, tuendaque Societate nihil cessurum, suisque humeris etiam in Gallia, & vbique gentium posset, sustentaturum. Hæc Cardinalis coram Lainio locutus. Ita ead. 2. Par. Hist. Soc. lib. 7. n. 4. Idemque dixerunt ceteri, qui Concilio Tridentino interfuerunt totius Orbis Antistites, ut videre est in Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 9. fol. 655.*

*Amata quantum à Lotharingo Cardin. Societas? Quam suis humeris in Gallia sustentaturum dicebat.*

15. A GABRIELE PALEOTTO, *appellante Ignatium Parentem, Lumen Ecclesiæ, virumque à Deo excitatum ad cogendam Societatem, quo velut reuiuisceret, nouaque sanciretur rei Christianæ disciplina. Ita in cit. Imag. lib. 5. cap. 1. fol. 590.*

*Ignatius Ecclesiæ lumen.*

16. AB STANISLAO HOSIO: *Qui cum Borgia renunciatur Præpositus Generalis, ipsi Francisco gratulatus est his verbis. Et si pridem allatum huc fuerat R. D. Vestram cuius insignis pietas toto celebratur in Orbe summa cum voluntate omnium, & incredibili quodam consensu sanctæ Societatis IESV Generalem esse designatum; quoniam tamen ex Vrbe nullas ante mensẽ Decembrem ea de re literas acceperim, differendam esse duxi meam gratulationem in id usque tempus, quo certius aliquid hac de re cognoscere licuisset. Deo gratias ago, cuius beneficio factum est, ut non solum huic Sanctæ Societati, verum etiam Ecclesiæ vniuersæ de viro tanta vitæ integritate, grauitate, prudentia prædito prospiceret: cuius cura, & diligentia prouideri possit Ecclesijs omnibus, ut ne careant Verbi ministris, qui non magis doctrina, quàm exemplo ceteris præeant. Quibus quò magis hæc mea diocæsis indigere videtur; hoc impensius munus, hoc R.P.V. delatum illi gratulor, mihi vero gaudeo. Nam illius opera futurum confido, ut nec alijs Ecclesijs, nec meæ desint fideles Operarij, qui laborent in Vineâ Domini. Hæc Hosius Cardinalis, ac Vermiensis Episcopus in Borgia, & Societatis laudem erupit. Sic refertur Par. 3. Hist. Soc. lib. 1. num. 33.*

*Gratulatio de Borgia in Generalem electionem.*

*Socij fideles in vinea Domini Operarij.*

AB

*Societas  
nata ad  
Ecclesiam  
bonum: &  
vtilis con-  
tra hereti-  
cos.*

*Polonia  
Regnum  
Societati  
aperitur.*

*Honorifica  
Alani lite-  
ra ad Eue-  
rardum  
Gener.*

*Societas  
lustissimus  
grex.*

AB EODEM: *Qui etiam aliquando asseruit, Societatem ad Ecclesiam bonum natam esse, vtilemque Regno Poloniae in haereses fore. Ita in Synopsi Soc. lib. 3. cap. 4. fol. 161. Et (vt refer- tur Par. 2. Hist. Soc. lib. 8. nu. 114.) Idem Cardinalis Hosius Tridentino in Diocesim suam Vermiensem reuersus locupletissimos quosque, ac Senatores ante alios rerum nouarum cupidos deprehendit, contra- que Religionem Catholicam multa aperte, multa occulte molientes. Quare quod diu cogitauerat minime prolatandum ratus, aduocare Praesidium ex hac Cohorte statim decreuit. Cuius industria Poloniae Regnum Societati ceptum est aperiri.*

17. A GVILIELMO ALANO, *Cuius honorificae pro Socie- tate extant literae ab Euerardo Generali postulantes, vt Collegij An- glicani Duacensis curam suscipiat. Etli (inquit) calamus meus apud te iam diu cessauit; tamen animus meus, & corda meo- rum apud communem Dominum, pro te, lectissimoq; grege tuo non silent vnquam. Cum enim in his diurni exilij, & dif- ficillimorum temporum continuis calamitatibus omnibus facti sumus per Christum debitores; vestrae tamen sanctae Societatis in nostros homines merita, ceterorum Officijs vni- uersis antiquiora, gratiora, ac sane salutariora semper extite- runt. Meministi etenim, colendissime vir, nisi forsitan (quod facile crediderim) alijs a te tuisque praestiti beneficij Chri- stianè obliuisceris: alioquin in Belgio tum degens, & exules Anglos summopere complectens meminisse posses, (& Ego lubens sane recordor) iam tum ab initio desolationis nostrae, plerosque ab illa perditione ereptos, vel ad Sacrum Ordinem vestrum receptos, vel Ecclesiae Matri vestrorum studio, ac opera restitutos: vel sequentibus deinde annis Louanij pri- mum, tum Duaci, tandem etiam Romae consilio, charitate, consolatione, auctoritateque in primis vestra fuisse seruatos. Vt de hoc quantulo cumq; agri Dominici relicto semine post Deum, ac sanctissimum Patrem Gregorium, eiusque summos ministros, vobis patria nostra, si quam vnquam habituri su- mus, primas gratias debere videatur. Inter cetera tamen re- centif-*